Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) II

Nr 1032: akta i listy różnych osób przeważnie w sprawach majątkowych i gospodarczych z lat 1564-1879. Dotyczą głownie ziem litewsko-ruskich przedrozbiorowej Rzeczypospolitej.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

21

Andreas Constantinus de Nadole Zacler Ecclesiarum Metropoli-
tanæ Gnesnensis Cancellarius, Præpositus Infulatus Olycensis
Abbatiæ Mogilnicensis Administrator, Canonicus Loviciensis
Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Luceoriensis.

Adm Reverendis Rndis Venerabilibus ac Honorandis Viris Decanis Præ-
positis Parochis Commendarijs Vicarijs Altaristis Mansionarijs
Psalteristis, Capellanis cæterisque Presbyteris Clericis tam Minoribus
quam Maioribus et alijs quibus vel legitimis Executoribus te-
nore præsentium requiren Salutem in Domino. Honoris Ad-
modum Reverendum Martinum Piaskowski Parochum Ecclesiæ in Zło-
czowka in termino hodierno ex vi Monitorij incident Ad Instantiam
Promotoris Causarum Iudicij Nri et alio nomine Causam præsentem intentantis
Pnti Actore quisse ~~etepse~~ ratione contraventionis Processui tam
Illmi Loci Ordinarij Luceorien quam etiam Nro Commissoriali ratione
Contributionis ~~Hybernalis~~ tum etiam et Contumaciæ in Processu
eodem descriptas Excommunicatum "et Irregularem" Authoritate Nra Ordinaria qua
hac in parte fungimur. Et quoniam supra præsentibus Rndus Andr
Piaskowski Parochus in Złoczowka, non se involuendo inter-
descentiæ prædictæ Excommunicationis ad Nos Iudiciumque Nrum
Surrogatoriale Luceorien debita cum reverentia supplicavit, quate-
nus ipsi de iusto Iuris remedio providere dignaremur. Nos an-
nuen Eiusdem petitioni huiusmodi Lras Relaxationis supradicta-
tæ Excommunicationis dari et relaxari esse decrevimus. Vobis
itaque supra præsentis Executor in Virtute obedientiæ et sub Excois pœ-
na mandamus quatenus supramemoratum Adm Reverendum Mar-
tinum Piaskowski Parochum in Złoczowka, ex quo iam Decreto
Nostro satisfecit et omnem pœnitentiam pro commiserat adim-
plevit; a dicta Censura Excommunicationis "et Irregularitatis" absoluendum esse
duximus prout absoluimus in Dei Nomine per præsentes.
Quem etiam Nos absolutum per Nos Vestris in Ecclesijs
singulis diebus Dominicis vel Festivis publice ex Ambo-
ne publicetis et denuncietis publicarique pro Absolu-
to [illegible]

denunciatis. Arguendo nihilominus Executores primæ Excom
municationis quod excessive et ultranentem Excommunicatio
nis eundem A. R. Rafłkowski per Nos absolutum pulsatis cam
panis et accensâ cereâ excommunicaverint et publicaverint.
Ne audeant ulteriora in similibus executionibus. In quorum fi
dem. Datum Luceoriæ die 10 Mensis Martij Ao Dni 1700

Franciscus Wielhorski
Officialis Luceoriensis

Ao 1700
Absolutio et Relaxatio ab
Excommunicatione et Irregulari
tate super A. R. Parochum
in Złoczowka.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.